

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Paul Tarnow

**Programma, in funere, Virginis, Annae Gaulen ... Balthasaris Gaulen, Civis ac
Patritii p.m. huius Reip. dignissimi, filiae, Propositum**

Rostochi[i]: Pedanus, 1630

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447592>

Druck Freier  Zugang



Tarnow, P.,

in A. Gaul.

R. 1630.

53.

PROGRAMMA,
in funere
Lectissima & Elegantisima Virginis,
ANNAE GAULEN.

*Spectatissimi quondam ac Pruden-
tissimi,*


BALTHASARIS GAULEN,
Civis ac Patritij p. m. hujus Reip.
dignissimi, filiæ,

Propositorum.



ROSTOCHI
Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.

ANNO M. DC. XXX.





Rector

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

PAULUS TARNOVIUS,

D. & Professor S. S. theologiae.



Oses, celebris ille populi Israelitici dux, & scriptorum omnium, qui existant, antiquissim⁹, in Psalmo suo, quem inter eos, qui uno volumine in S. biblijs habentur, nonagesimum legimus, cum de brevitate & molestijs hujus vitæ nostræ egisset, caussam utriusq; subiicit, & tandem monet, quid faciendum sit, ut ambulemus in hisce tenebris ignorantiae & miseriarum sapienter. Fugacitatem vitæ nostræ ostendit, exposita, quam pleriq; non attingunt, paucissimi supergrediuntur, annorum summa, qui sunt septuaginta, aut ad summum octoginta: miserias ejus ex contrario colligendas noematiè relinquit, dum, quod optimum in hoc temporis spacio obvenire potest & solet, mo-

A 2

lesti-

stiam & laborē appellat: unde non obscurē patet, quidnam sit, quod huic optimo est contrarium. Caussā hujus infelicitatis, cui omnes fatali necessitate obnoxij sumus, est ira & furor Dei, qui odit in nobis omne malum, quod per prævaricationem primorum parentum, in quibus peccavimus, contraximus, amittendo imaginem creatoris, & accipiendo similitudine deceptoris. Remedium, quo utamur, ad sapienter incedendum in hac caligine & miserijs, docet esse precationem ad Deum, qui tenebras nostras sua luce dispellat, efficiatq; ut ex ignaris & securis reddamur intelligentes & timentes Dei. tanta est n. cordium nostrorum cæcitas & tanta depravatio, ut licet omniū ætatū & omniū ordinū exempla, mortalitatis nostræ descendæ, & altius animo infigendæ caussa, à summo omnium præside & imperatore propo-
nuntur: pleriq; tamen in hac doctrina parum proficiant, si sit absq; hoc doctore summo, qui, quod monumentis doctrinæ & exemplis experientiæ proponit, illud ipsum salutare in nobis reddit spiritu suo, per quem idem inscribit cordibus nostris. Hac commonefactione sum-
mopere necessaria, & non minus utili, etiā ho-
dierno die salutariter uti possumus, dum justa
fune-

funebria fiunt virginis teneræ exuvijs, ANNÆ
GAULEN: de cuius ortu & natalib. præter indicia
& signa pietatis, omnisq; virtutis etiā in illa te-
nera ætate se exerentis, & velut ex germine flo-
rido atq; copioso uberem messem promittentis,
multa h̄ic dici possent, nisi temporis incom-
moditas aliud vellet, nobisq; imperaret. Ma-
jorum ejus, quod ad genus paternum, primo
loco meritissimè ponitur, vir amplissimus &
literatissimus, Dn. BATHASARUS GAULE,
consul hujus urbis olim prudentissimus, pro-
avus, ejusq; conjux, ANNA KIRCHOVIA,
matrona omnium virtutum genere ornatissi-
ma, proavia, ex KIRCHOVIORUM antiquis-
sima & florentissima quondam familia, quæ a-
liquot Consulares viros, & Jurisconsultos cla-
rissimos Dn. D. LAVRENTIUM & Dn. D.
LAMBERTUM, KIRCHOVIOS, dedit. Ma-
ternus proavus fuit IOHANNES GROTE,
ex patritia item hujus urbis familia oriundus,
vir honestus, pietatis & omnis virtutis cultor
constantissimus, cuius conjux AGNETA BU-
RENIA, matrona omnib. isti sexui competenti-
bus ornamenti conspicua, CL. viri, & in acad.
meritis multis magni, *Arnoldi Burenij*, filia. Ex
utroq; latere, qui descenderūt & defunctæ avorū

parentumq; loco fuerunt, BALTHASAR GAULE, secundus hujus nominis, civis literis & virtute exultus, ejusq; conjux, ANNA GROTON, optimorum parentū filia simillima, Dn. IOHANNES GROTON, senatorij ordinis decus & ornamentum non vulgare; BALTHASAR deniq; GAULE, tertius, eiq; juncta matrimonio, ANNA PAPKEN, quæ jani Consultissimo & politissimo viro, Dn. FRIDERICO QUILITZEN nupta est, suis digna parentibus & majoribus soboles: hi omnes & singuli et si possent pro more & jure prædicari, in præsentia tamen, incidentibus alijs negotijs, quæ institutum hoc & propositum impediunt, illa omittere cogimur: & ipsa defuncta præteriri tacita neq; potest neq; debet. quod enim in omnibus sobole intelligentibus & diligentibus parentibus præcipue in voto esse solet & debet, ut sui similes pietatis & honestatis cultores, ex Dei benedictione, per assiduam & sedulam institutionem, & adsuetationem reddant liberos, id cum cordi fuerit eis, qui genuerunt, & post eos, qui in hanc curam successerunt & adhuc pie defunctæ fratris superstitis, BALTHASARI GAULEN(quem Deus clementer server diu in columnen & majorum suorum virtutis
æmu-

æmulum) adhuc gerunt: inter quos primus &
præcipuus est Consultissimus & CL. Vir, Dn.
NICOLAUS SCHARFENBERGIUS, J. V.
D. excellentissimus, Serenissimæ Reginæ Da-
niæ Consiliarius, Senatoriæ dignitatis & ma-
gnorum in ea meritorum laude celebratissi-
mus, ordinis nostri fautor singularis, ejusq;
conjux dilectissima, **ANNA GAULEN**, ma-
trona omnibus ornamentis, isti sexui conveni-
entibus, decorata; & hujus laboris successum
felicem largitus sit omnis boni fons & origo,
dum quæ in ista ætate optari possunt germina
pietatis & honestatis, conspicua in defuncta
puella fuerunt, grati meritò hanc tantam felici-
tatem prædicamus, non modò in culta, sed
etiam in cultoribus & cultricibus, in primis
verò ej gratia debetur, qui dedit incremen-
tum. absq; ejus enim benedictione nihil quic-
quam potest, vel qui plantat, vel qui rigat. Ei-
dem quod visum est hanc teneram & floridam
plantulam, cui vel sola pietas diuturniorem
vitam promitebat, in prima ætate (nata enim
est Anno 1621, mense Novembri, denata hoc
an: 1630, 21 Aprilis) evellere, & ex hujus mundi
hortulo per mortē, cujus caussa proxima fuit fe-
bris ardens, in paradisum cœlestē transferre; id

cum

cum perscrutari nequeamus, paternæ ejus voluntati indiscretum relinquamus, certò persuasi, ejus judicia occulta esse posse, injusta esse non posse: & sapientiam nostram summam, de ijs, quæ nobis revelata non sunt, esse summam apud eundem stultitiam. Nos vero, quod possumus, & debemus, tam superstitibus quam defunctis, hoc agamus, & exsequias hujus virginis nostra præsentia, conveniendo in templo Mariano, hodie hora 1. cohonestemus: & eadem opera in sapientia de meditanda nostra mortalitate, & in studio precum pro tranquilitate hujus provinciæ, & pro Urbis hujus primariæ, quæ hospitium & patrocinium nostris studijs eorumq; cultoribus præbet, salute & incolumitate pergere & proficere studeamus.
P. P. Rostochij, sub sigillo academiæ, c. I.
I. C. XXX. XXIII. Aprilis.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777447592/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447592/phys_0016)

DFG

æmulum) adhuc gerunt: inter
præcipius est Consultissimus
NICOLAUS SCHARFEN
D. excellentissimus, Serenissimi
niæ Consiliarius, Senatoriæ
gnorum in ea meritorum la-
mus, ordinis nostri fautor
conjux dilectissima, ANNA
trona omnibus ornamentis, iſ-
entibus, decorata; & hujus la-
felicem largitus sit omnis bon-
dum quæ in ista ætate optari
pietatis & honestatis, conspi-
puella fuerunt, grati meritò h-
citatem prædicamus, non mo-
etiam in cultoribus & cultri-
verò ej gratia debetur, qui d-
tum. absq; ejus enim benedict
quam potest, vel qui plantat, v-
dem quod visum est hanc tene-
plantulam, cui vel sola pietat
vitam promitebat, in prima æ
est Anno 1621, mense Novem-
an: 1630, 21. Aprilis) evellere, &
hortulo per morte, cujus caufsa
bris ardens, in paradisum cœle-



the scale towards document

032

Image Engineering Scan Reference Chart TEF03 Serial No.